



deflectionem aut scrupulum. per cuius uulnus passionis gentes iam ingressant.
 in uitam aeternam. qui uulnere conseruere potest solus. A quo conseruata est. in uoluntate
 tione. que olim conseruata erat super adam. Ipsa est acis qui spiritum conseruare
 ulterius sepeare se non poterit. hic acis iudicum populum lincit simul
 De quo dicit apostolus. Ipse enim est paxifica qui fecit utraque unum. hic
 acis qui disruptam amicitiam angelorum & hominum copulauit. hic est acis
 qui conseruare super transit & uulnus non facit. Erit quod difficile populus iudicum
 intrare in regnum caelorum. Primum quidem sicut diximus propter carnales usus.
 quibus corporalia habet lucra & presentia. Xps autem spiritalia & futura promittit.
 Apud carnales autem homines semper presentia prae ponuntur. futura & spiritalia
 corporalia. & non solum sacrificiorum. usus erat carnis. sed & omnis promissio
 legis corporalis erat & terrena. Si enim xpianis suadere non possumus diuitias con
 temnere oportere. dicunt enim nobis si uoluerit deus carere diuitis homines.
 diuitias non crearet in mundo. Quanto magis difficile erat populo iudaico diuitias
 secundum omnes diuitias legis per-suadere. ut relinquere diuitias legis. & totius
 iudaici cultus quas ad se susceperat. Dicebant enim sicut uoluerit legem. contemni
 & templum & illa omnia non cum tanta reuerentia & diligentia tradidisset.
 Populum autem gentium id est camelum. Facile est perforamen acis intrare.
 Id est per angustum ostium de quo scriptum est. Contendite intrare per angustum ostium.
 Quare. quia omnis cultura gentium uana & inrationabilis erat. Cultura autem
 inrationabili homines inrationabiles. non erat magni laboris ad cultum
 diuini conuertere. & si gentes cum tanto labore ab inrationabilibus
 deorum suorum diuelluntur culturis. Quanto magis iudaei difficili
 us euelluntur a rationabilibus diebutis. Ideo dicit. Facilius est.
 camelum perforamen acis transire quam diuitem intrare in regnum
 caelorum. Turbati sunt autem discipuli eius dicentes. & quis potest sal
 uari fieri. quibus respondit. Apud homines hoc impossibile est. apud deum
 autem omnia possibilia sunt. & uesque quantum ad homines & incredibile.